



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs  
Perutilis**

**Gilbertus < Tornacensis >**

**Coloniae, 1571**

**VD16 G 2034**

Cap. XV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**

36 DE OFF. EPISC.

**Num. 19.** ut per eos vel ad votum, vel ad meritum impetremus: Unde & in legge, qui tingebat mortuum immunis erat. & in Canone præcepitur, ut Ecclesiam, ubi paganus sepultus est, consecrare non liceat: & siue fidelium, siue infidelium corpora ibidem sepeliantur, exponantur, & eyciantur; & postmodum sicut moris est, sanctorum reliquie immit-

**Eccl. 44.** tantur. Non enim dicendum est eos esse mortuos, quorum animæ sunt in manu Dei. Et de quibus scriptum est: Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, & vivent nomina eorum in aeternum.

C A P. XV.

De præparatio-  
ne Epi-  
scopi ad  
Missam,  
sine qua  
non sunt  
Ecclesiæ  
dedicadæ

**S**equitur de officio Missæ, sine qua non sunt Ecclesiæ dedicandæ. Et quia satis appareat, unde sumuntur illa, quæ in ipsa Missa cantantur, idèo generaliter aliquid in dedicatur. Imprimis igitur se præparat

TRACTAT. 37

parat Episcopus ad celebrandam missam; præmittens Psalmos quosdam & confessionem, secundum consilium Psalmistæ, dicentis: Præ. occupemus faciem eius in confessio Psalm. ne, & in psalmis iubilemus ei. Sunt autem hi psalmi quinq<sup>u</sup> secundum consuetudinē curia Romanae: Quā Psal. 84. dilecta, &c. Benedixisti, &c. Incli Psal. 85. na Domine, &c. Credidi, &c. & Psal. 118. De profundis, &c. Ut quid quid im Psal. 115. mundum contractum est trāsgres- sione quinq<sup>u</sup> sensum, totum solua- tur oratione quinq<sup>u</sup> psalmorū. Quos si quis diligenter attenderit, inspi- ciet quām benè congruunt celebra- turis Eucharistiæ Sacramentum. Et adduntur orationes speciales ad impetrandum mūditiam cordis & corporum. Lauat etiā manus cor- poraliter, ut intelligatur actis mun- dari spiritualiter. sicut scriptum est: Lauabo inter innocentes manus Psal. 29.

meas,

33 DE OFF. EPISC.

meas, & circundabo altare tuum  
Domine. Quis enim corde polluto  
ad altare accedit, carnem Christi  
consecrat, contrelat, & comedit,  
nisi qui sibi iudicium manducat &  
bibit? Signa autem quæ pulsantur  
in Missæ principio, tubas argenteas  
signant & ductiles, quibus conuo-  
cabatur populus in veteri Testa-  
mento. Unde in libro Numeror.  
legitur: Facti duæ tubas argen-  
teas, quibus conuocare possis mul-  
titudinem. Et quod distinguebatur  
antiquitus in clangore tubarum et  
differentia sonituum, hoc idem re-  
presentatur nunc in Ecclesia, cum  
aliter pulsetur in festis, aliter etiam  
pro mortuis, & aliter in conuocatio-  
nibus faciendis.

CAP. XVI.

De acces-  
su Episco-  
pi ad Al-  
tare.

Preparatus igitur Episcopus ad  
celebrandam Missam solemnibus  
indumentis ad altare procedit.

Et